



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

247. König Siegmund von Polen erklärt sich aus Rücksicht auf den Kaiser
bereit, dem Kriege gegen den Kurfürsten von Brandenburg noch Anstand
zu geben, am 6. Mai 1521.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

Eelichenn sie also vnd In aller mas, wie obsteet, In Crafft vnd macht dits Briues, wollen auch, das diese vnser befreihung an genanter prisca gehalten vnd nicht gebrochen noch hinwider gethan werde. Zu vrkunt etc. kohn an der Sprew, am freitag nach Elisabet XX.

246. Kurfürst Joachim nimmt Lippold von Stockheim auf 10 Jahre in seinen Dienst, im Jahre 1520.

Wir Joachim etc. bekennen, dasz wir vnsern liben befondern Luppolt von Stockheim mit fünf geruften Pferden zehn Jar lang zu vnserm Diener vnd Hofgefinde aufgenommen vnd Jerlichen funfzig Gulden sold versprochen haben — also, so oft wir genanten Luppolt zu vnserm Dinft erfordern werden, sol vnd wil er vns von Hauß aus mit V geruften Pferden in vnsern gescheften zuziehen — darumb wollen wir Im Jerlich L fl. geben, auch von seinem Hauß vnd wider anheimisch mit Zerung versehen vnd Im vor schaden steen vnd mit futter vnd mal versehen, wie ander vnser diener vnd hofgefind — doch hat gemelter von Stockheim vnsern Oheim von Lunenburg aufgenommen — MDXX. —

Aus G. B. von Raumer's Nachlasse.

247. König Siegmund von Polen erklärt sich aus Rücksicht auf den Kaiser bereit, dem Kriege gegen den Kurfürsten von Brandenburg noch Anstand zu geben, am 6. Mai 1521.

Serenissime et Excellentissime Princeps et Domine Frater et Consanguinee noster charissime ac honorandissime. Accepimus Literas Vestre Majestatis, quibus scribit intellexisse se, subortum esse nonnihil simultatis inter Nos et Illustrem Dominum Joachimum, Marchionem Brandenburgensem, eo, quod ille Gentes adversus Nos per Terram suam transire permiserit, veritamque Maiestatem vestram, ne res ad arma et perturbationem Rei Christiane veniret, cuius quietem et bonum statum cure et cordi haberet, egisseque cum illo, vt hanc dissensionis causam Maiestati vestre cognoscen-

dam permetteret et cum ille id facere consentiat, postulat a Nobis Maiestas vestra, vt Nos pariter non gravemur sibi eiusdem differentie cognitionem deferre, promittens Nobis, se erga Nos in eadem cognitione ita gesturam, ut fraterno amori et Coniunctioni nostre conveniret. Serenissima Cesarea et Catholica Maiestas! Explicari non possunt verbis tot damna et iniurie, que a multo tempore illate sunt subditis nostris ex Terra ipsius Domini Marchionis Joachimi, et presertim per eos, qui illic receptaculum habentes premebant et afficiebant Nobiles et alios subditos nostros, eosque pecunia taxabant, spoliabant, detinentes etiam nonnullos in carceribus usque ad necem et alia multa idgenus, quorum causa cum illum sepe admonuissemus, facere placuit Conventum in Finibus Consiliariorum utriusque nostrum, qui de iniuriis et damnis ipsis cognoscerent, vbi rebus aliquantum sopitis, facta sunt demum inter Nos et illum Pacta et Inscriptiones arcte Pacis, inter quas et hoc potissimum expressum est, quod neuter nostrum adversus alterum Gentes quascunque hostiles fovere et permittere per Ditionem suam deberet. Post quas quidem Inscriptiones factas, non modo non cessarunt solita damna, iniurie, exustiones, spolia subditorum nostrorum, sed etiam ut manifestissime constat, Gentes adversum Nos eius precipue opera, consilio, favore in Terra illius congregate Nobis inopinantibus illinc fines Regni nostri et Prussie fuerunt ingressæ, inter quas etiam multi ex subditis illius extiterunt, quorum cum nemo Nobis hostilitatem, preter Capitaneum, iam illis circa fines nostros existentibus, denunciavit et quidquid patrare potuerunt in ipsis finibus tam Regni, quam Prussie, priusquam essent per nostros exturbati, in viciniis receptum habuerunt ad Terram ipsius Domini Marchionis et postremo pedem referentes illuc se contulerunt. Quare, Excellentissime Frater noster, cum alias iniurias lenius tulissemus vitantes bellum et calamitatem Populi Christiani, egre quidem tulerunt subditi nostri, Nosque assidue querelis impetebant, verum post commissum hoc illius tam infestum indignumque contra vicinitatem, contra Pacta et Inscriptiones nostras, nulla iusta causa, factum prorsus a Nobis exigebant Vniuersi Ordines Regni nostri, vt illi vicem referremus et presertim cum id sensisset Imperator Scytarum egissetque tam apud Nos per insignes Oratores suos, ut Gentes illius transire per Regnum nostrum ad Dominia vicina Nobis infesta permetteremus. Nobisque in ea deliberatione existentibus, supervenerunt ille Litere Vestre Maiestatis, quibus anxii quidem fuimus, quid potissimum exequeremur. Hinc dolor iustissimus Nos exagitabat, pro tanta tamque indigna iniuria Nobis illata ab his, qui post terga et arma nostra tuti degentes, Nos meritissime iuvare deberent; illinc rursus demolliebat permovebatque Nos summus amor et observantia nostra erga Vestram Maiestatem horrorque calamitatis Populi Christiani, quam hi duntaxat norunt, qui cum infidelibus rem habent. Prevaluit tandem ratio et respectus Maiestatis vestre, cui omnibus in rebus non possumus non gratificari, prevaluit et pietas in Rem Christianam, pro qua alioquin immensos labores et sumptus assidue fecimus, et plurimum sanguinis profundimus, ita, ut contenti simus Nos aliquandiu continere et ad Maiestatem Vestram rem, ut postulat, deferre, Sperantes, quod

in ea pariter se ita exhibere dignabitur, ut est expectatio et confidentia nostra de illa, rogamusque omni studio Maiestatem Vestram, ut perpensa tam insigni iniuria, Nobis ab ipso Domino Marchione Joachimo illata, cum ad satisfaciendum Nobis auctoritate sua adigere, Nobisque cum illo iustitiam celerem ministrare dignetur, pro virtute Maiestatis vestre, et vinculo ac amore nostro mutuo. Interim illum commonefaciat, ut se et suos contineat, ne subditis nostris damna ex illius Terra inferantur. Nam ea res ferri a Nobis non posset, quin Maiestas vestra Nos excusatos haberet. Commendamus Nos ex corde eidem Maiestati Vestre, uti Fratri nostro amantissimo, quam felicissime valere et prestare desideramus. Cracovie, die VI. Maii, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, Regni vero nostri decimo quinto.

Nach Dogiel, Cod. Pol. I, 423.

248. Kurprinz Joachim meldet dem Herzog Albrecht von Mecklenburg, daß seine Schwester Anna aus dem Kloster in das Weltleben zurückgekehrt sei, und hofft, daß sie noch des Herzogs Gattin werde, am 29. Mai 1521.

Hochgeborner furst, freuntlicher lieber oheme. Ich hab heut dato e. l. briff empfangen vnd will mich gerne e. l. beger nach halden. Dieweyl mich aber e. l. bittet, newe zeytung mitzutheylen, wil ich ewer lieben nicht bergen, das meyne Swester vngeferlich vor dreyen wochen ist aus dem kloster durch meine anregung getzogen vnd die heylose kappe abgelegt vnd das weltlich kleydt wider angetzogen, szo hab ich auch sunst e. l. vorigen beger nach mit meynen frawen vnd mutter geredet vnd befinde ire gnad woll dartzu geneygt, dergleichen ist meyne fruntliche liebe Swester auch wol dartzu geneygt vnd fall, ab got wil, noch e. l. eliche gemahel werden. So weys e. l. an zweyuel meyn gemute auch woll. Derhalben ist meyn rat, als ichs trewlich mit e. l. meyne, das sich e. l. vffs erste, so meyn her vader wider inheymisch kumpt, in eygner person zu seyner gnaden wolde fagen vnd mit im von disen sachen handelen, dan ich vorsehe mich gentzlich, das mein her vader am negsten montag zu Wurmbis ist auffgewest. Ich schicke auch e. l. ne tzeytung zu, daraufz e. l. klerlich zu uernehmen, wie es meynem heren vader allenthalben mitt Pomern vnd auch mitt Brunswick gangen ist, auch sonst andere zeytung, wie e. l. hiebey wirt finden. Ist derhalben meyn fruntlich bete, e. l. wolle sulche zeytung e. l. hoffmeyster auch lasen leszen vnd im von meynetwegen vil guter nacht fagen. Ich wollte e. l. vorlangst geschriben haben, so ich nicht durch etliche krancheyt were vorhindert worden. Hiemitt wil